

# Świderek, Anna

---

## Professionis q. d. προσφωνησις fragmentum

---

The Journal of Juristic Papyrology 2, 111-114

---

1948

Artykuł został zdigitalizowany i opracowany do udostępnienia w internecie przez **Muzeum Historii Polski** w ramach prac podejmowanych na rzecz zapewnienia otwartego, powszechnego i trwałego dostępu do polskiego dorobku naukowego i kulturalnego. Artykuł jest umieszczony w kolekcji cyfrowej [bazhum.muzhp.pl](http://bazhum.muzhp.pl), gromadzącej zawartość polskich czasopism humanistycznych i społecznych.

Tekst jest udostępniony do wykorzystania w ramach dozwolonego użytku.

PROFESSIONIS q. d. ΠΡΟΣΦΩΝΗΣΙΣ FRAGMENTUM

Oxyrhynchi

11×25 cm

a. 296 p. Chr. n.

Quae charta Oxyrhynchi olim reperta cum ceteris papyris ex Universitate Vratislaviensi in collectionem Varsoviensem pervenit.

Contextus huius chartae papyraceae pertinet ad litterarum commercium quoddam publicum; papyrus continet libellum magistratus cuiusdam minoris (χωμάρχης καὶ ὀριόδεικτης 7/8) ad maiorem missum (πρωτοστάτης τῆς πρὸς λίβα τοπαρχίας 5/6), quae προσφώνησις dici solet (προσφωνῆσαι 13; ὀηλῶ — γεωργεῖσθαι 14—16 et ὑπερ προσφωνῶ 17), cuius causa libellus quidam privatus fuit ad magistratum maiorem a plerisque personis datus (9—11), ut ager publicus in vico Seryphi situs investigetur atque designetur. Haec praecipue papyri pars valde, quod doleo, detrita ac mutilata est, sed e reliquiis asservatis postulatōres, ut pars dimidia arurae Valerio Petosiridis filio attribuatur, petere videntur (11—14).

Magistratus, ad quem libellus missus est, agrum, de quo agatur, a Paulo agricola quodam in libros vici Seryphis per scripto excultum esse profitetur (14—17), insuper quo loco ager ipse situs sit describitur (18—19). Sequuntur dies et imperatores in professione adscripti (21—24). In fine subscriptiones eorum, qui professionem expediuntur, adiectae sunt (m. 2 et 3).

Inter papyros Oxyrhynchi repertas (Pap. Oxy. XVII, 2109) charta quaedam invenitur ad Aurelium quendam Dioscuridem data, quae sygrapham ad locationem domicilii pertinentem exhibet. Propter nominum similitudinem et temporis proximitatem (a. 261) ad eandem domum pertinere videtur.

Ἰπατείας τῶν κυρίων ἡμῶν Διοκλητιανοῦ Σεβα[σ]τοῦ

τὸ ε" καὶ Κονστ[αντίνου] τοῦ ἐπιφανεστάτου Καίσαρος τ[ὸ] β"

μηγὶ Ἀδρ[ειανῶ] .. Α[ὐρ[ηλίου]] Διοσκουρίδῃ γενομένῳ ὑπομνη-

- ματογράφω π[ρ]ουτανε[ύ]σαντι γυμνασιάρχῳ βουλευτῇ τῆς λαμ-  
 5 πρᾶς καὶ λαμπ[ρ]οτάτης ᾽Οξύρυγγειῶν πόλεως πρωτοστάτῃ  
 τῆς πρὸς λίβ[ρ]α τοπαρχ[ί]ας μερῶν Σερύφειας  
 παρὰ - - - - κωμ[ι]άρχ[ου] καὶ ὀριδοδείκτου τῆς προκειμ[έ]νης  
 κώμης Σερύφει[ως] . ἐπ[ί]εταξ[ε] [Σ]τηνύλος ὁ δι' Ἀὐρηλί[ου]  
 ] ἐξ βιβλιδίων ἐπιδοθέντων σοι ὑπὸ [  
 10 ] Σαραπίωνος καὶ Θαήσιος διὰ τοῦ ἀνδρῶς αὐτῆς  
 ] ιως τῶν ἱερέων, ὅπως τὴν τῷ κατ[α]γεγραμ-  
 μένῳ . . . . ] απίφ Οὐαλερίῳ Πετοσείριος διαφέρ[ου]σαν  
 γῆν . . . . ] τῆς ἀρούρης ἡμῖσιν προσφωνῆσαι ο . [  
 ] . τι . . . . σου . . . . σ . ται . δηλῶ τὸ τῆς βασι[λ]ικῆς  
 15 γῆς ἀρούρης ἡμῖσιν ἔξω τοῦ σημείου καὶ καλ[ά]μου  
 γ[ε]ωργεῖσθαι ὑπ[ὸ] Παύλ[ου] κατ[α]γεγραμ-  
 μένου . . . ] ἐν τῇ κώμῃ Σερύφει, ὅπερ προσφ[ων]ῶ.  
 γείτονες· ν[ύ]τ[ου] ὑδραγ[ό]γιον, βορ[ρ]ᾶ Ἰσιδώρου κτή-  
 σεις, λιβός κοπρε[ί]α, ἀπηλιότου Δημητριάνου [κ]τήσεις,  
 20 ὁ] Νεῖλος.  
 ἔτους ιβ' καὶ ια' τῶν [κυρίων] ἡμῶν Διοκλητιαν[οῦ] καὶ  
 Μαξιμιαν[οῦ] Σεβαστῶν] καὶ δ' (ἔτους) τῶν κυρίων [ἡμῶν  
 Κωνσταντίου καὶ] Μαξιμιαν[οῦ] τῶν ἐπιφανεστ[ά]των  
 Καισάρων μηνὶ Ἀδρειανῶ . . ] σε(σγμείομαι).  
 25 m. 2 ἐπι]δέδωκα προσφ(ώνησιν), ὅπως . [  
 m. 3 ὑπ[ὸ] γ[ρ]έτης ἐπ[η]κολούθη[κα]

3. Ἀδρειανῶ I. Ἀδριανῶ.

11. τῶν: θων scribi videtur, sed fortasse τ littera hoc modo insolito scripta est.

15. σημίου I. σημείου.

16/17. κατ[α]γεγραμμένου: fortasse κατ[α]μεμετρημένου.

19. κοπρία I. κοπρία.

25. fortasse ὅπως δ[ι]ηλωθῆ.

Dominis nostris Diocletiano Augusto VI et Constantio clarissimo Caesare II consulibus mense Hadriani... Aurelio Dio-

scuridi ab libellis, pristino prytani, gymnasiarcho, senatori clari et clarissimi Oxyrhynchitarum oppidi, protostatae toparchiae ad meridiem vergentis partium Seryphis a ----- comarcha et finium indicatore supra allati Seryphis vici. Mandavit Senylos ex auctoritate Aurelii ----- è libellis, qui tibi dati sunt ab ----- Sarapione et Thaësi per ipsius maritum ----- sacerdotibus, ut agrum, qui pertinet ad Valerium Petosiridis filium, in libris --- vici perscriptum, ex arurae dimidia parte profiteri ----- Indico arurae partem dimidiam agri publici extra signum et decempedam ----- excultam esse a Paulo in libris Seryphis vici perscripto, de qua re profiteor. Vicini: in parte meridiana aquaeductus, ad septentriones ager Isidori, in regione inter meridiem et solis ortum spectantem sterquilinum, ex sole oriente Demetriani ager ----- Nilus. Anno XII et XI dominorum nostrorum Diocletiani et Maximiani Augustorum et anno IV dominorum nostrorum Constantii et Maximiani clarissimorum Caesarum, mense Hadriani. Signavi. (m 2) ] dedi professionem, ut ----- (m 3) ] adiutor consecutus sum -----

2. (et 21—22) Annus, quo Constantius et Maximianus Caesares fuerunt, in papyro non satis perspicue scriptus exstat. Ceteri anni inter lacunas perierunt. Constantius II consul, qui versu 2 scriptus occurrit, ad annum, quo charta ipsa inscripta sit, indicandum non sufficere videtur. Itaque ex lexico, q. i. Preisigke, *Wörterbuch der griech. Urkunden* hos consulum annos exscribere curavi:

A. 293 p. Chr. n. Diocletianus V et Maximianus Augustus IV, quo ipso Constantius et Maximianus Caesares facti sunt.

A. 294 Constantius et Maximianus Caesares primum consules facti sunt, anno insequente neque Augusti nec Caesares consules fuerunt; nomina eorum, qui annis 296 et 297 consules fuerunt, in papyris servata non sunt; a. 298 denuo neque Augusti nec Caesares consules facti sunt et a. 299 Diocletianus VII, Maximianus Augustus VI, inde vero efficitur, ut annis 296, 297 Diocletianus et Maximianus Augustus semel consules fuerint. Insuper a. 300 Constantius et Maximianus Caesares III consules fuerunt, ex quo vero sequitur, ut annis 296, 297 et Constantius et Maximianus denuo semel consules fuerint.

In charta Varsoviensi Constantius Caesar II consul et quartus annus Caesarum servati exstant, unde vero sequitur, ut prosphonesis nostra in annum 296 cadat, quo anno Diocletianus VI et Constantius Caesar II consules fuerint.

5. Omnium, quae hic scripta occurrunt, gravissima mihi illa de protostata mentio esse videtur. Lectio *πρωτοστάτης* etsi in charta luculenter

apparet adhuc inter papyros non est servata. Quae vox apud auctores Graecos haud raro scripta occurrit et praecipue sensu militari adstringitur, cf. Xenophon *Rep. Lac.* 11, 5; Εἰσὶ μὲν γὰρ ἐν τῇ Λακωνικῇ τάξει οἱ πρωτοστάται ἄρχοντες, Thuc. 5, 71 etc., sed huic verbo etiam alia est notio, cf. Acta Apostolorum 24, 5: πρωτοστάτης τε τῆς τῶν Ναζωραίων αἰρέσεως, cf. Porph. *Chr.* 26, 1 etc.

Attamen vox *προστάτης* in papyris saepenumero scripta occurrit, unde conicere potueris etiam hoc loco vocem *πρωτοστάτης* pro illa *προστάτης*, errore scilicet, scriptam exstare. Sed vox *προστάτης* numquam, quod sciam, cum voce *τοπαρχία* coniungi solet. E papyris (cf. Preisigke, s. v.) hos fere locos exscribere curavi:

BGU 958 c. 2 (III saec. p. Chr.): Ἀδρήλιος Δωρόθεος γυμνασιαρχήσας βουλευτής [---] ἤτοι *προστάτης* πόλεως τῶν Ἡρακλεοπολιτῶν.

BGU 1134, 2 (Aug.) *προστάτης* Νεμερῶν (τῆς κώμης — et alii aliorum vicorum *προστάται*).

Pap. Ryl. 183, 1 (I saec. p. Chr. n.) ὁ δεῖνα *προστάτης* ἰδίων ὄνων τοῦ δεῖνα, unde vero sequitur, ut lectio *πρωτοστάτης* praeferenda esse videatur.

6. τῆς πρὸς λίβα *τοπαρχίας*, cf. Pap. Oxy. II 273, 16.

7. cf. Taubenschlag, *The Law* 192 et Oertel, *Liturgie* 181.

8. Σηνόλος, quod nomen adhuc inter papyros non est servatum, alio modo tamen legi non posse videtur.

15. *καλάμου*, cf. Pap. Oxy. IV 669, 28, 41; Pap. Ryl. 64, 2.

Magistris meis Georgio Manteuffel et Raphaeli Taubenschlag nec non collegae peritissimo Richardo Boehm, qui in charta legenda et interpretanda mihi praesto fuerunt, gratias plurimas ago.

Anna Świderek

[Varsoviae]